am monasteria, prioratus, dignitates, personatus & offi-
cia, necnon canonicas & præbendas, & ecclias, ex-
ezaque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, secu-
laria & regularia, quæcumque & qualiacumque fuerint,
etiam ad illa personæ confuerint seu debuerint per
electionem seu quævis alium modum assumi, nunc a-
pud sedem Apostolicam quoquaque modo vacantia, & in
posterior vacatura, necnon per depositionem, vel priva-
tionem, seu translationem, aut muneric consecrationis
suspensionem, per felicis recordationis Joan. Pa. XXII.
præd. seu ejus auctoritate factas, & per nos seu auctor-
itate nostra in ante facienda obiliter. Necnon si for-
san tempore iam dicti prædecessoris aliqui in concordia
vel discordia electi, vel postulati fuerint, quorum electio
cassata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renuncia-
tio, & admissa per ipsum prædecessorem, vel auctoritate
ipius exenterit, seu quorum electorum, vel postulato-
rum, & in ante eligendorum seu postulandorum ac re-
nunciantium electionem cassari, vel postulationem re-
pelliri, aut renunciationem admitti per nos, vel auctorita-
te nostra contingere apud sedem prædictam, vel alibi
ubicunque. Ac etiam per obitum cardinalium ejusdem
ecclesie Rom. ac officialium dicta sedis: videlicet camerarii,
Vicecancellarii, notariorum, auditorum literarum con-
sistoriorum, & scriptorum literarum Apostolicarum,
ac penitentiarii præfate sedis, ac abbreviatorum, nec
non commensalium, & aliorum quorumlibet Capella-
norum sedis ejusdem, & etiam quorumcunque legato-
rum sive nunciorum, ac in ecclie Romana re-
ctorum, & thesauriorum, per dictum Joan. prædeces-
sorem, vel nos specialiter deputatorum seu misiorum-

haec tenus, vel à nobis deputandorum, aut ministeriorum
in posterum: nunc vacanta & in ante vacatu, ubi
cunque dictos legatos, vel nuncios seu redores in the-
saurarios, ante quam ad Romanam curiam redierunt
venerint, rebus eximi contingit per humanis. Non
quorumlibet pro quibuscunque negotiis ad Romanam
curiam venientium, seu etiam recessentium ab eis,
si in locis à dicta curia ultra duas dietas legales non di-
stantibus jam forsitan obtinet, vel eos in ante irmiti
contingit de hac luce. Ac etiam simili modo quoniam
cunque curialium peregrinationes, infirmatii, ante
creationis, seu alia quacunque causa ad quavis locis
cedentium, si eos ante quam ad dictam curiam re-
rint, in locis ultra duas dietas ad eadem cura (ut pos-
sunt) non remittit, dummodo eorum proprium
municilium non existat ibidem, jam solitam secundum
vel in posterum eos contingit de medio fabri ex
post obitum hujusmodi vacanta, & in posterum
vacatura. Rursum monasteria, prioratus, decanatus &
ginitates, personatus, administrationes, officia, curia-
catus, præbendas, & ecclias, exeteraque beneficia ec-
clesiastica, secularia & regularia, cum cura vel sine cura
quæcumque & qualiacumque fuerint, etiam si ad illa po-
sita confuerint & debuerint per electionem ex quo-
vis alium modum assumi, qui promoti per dictum re-
cessorem, vel ejus auctoritate ad patriarchatum, &
chiepiscopatum, & episcopatum excelsum, non
monasteriorum regimina obtinebant tempore pater-
nitum de ipsis factarum nunc vacantia. Et quia prius
seu auctoritate nostra in posterum ad eadem regimina
promovendi tempore præfectorios hujusmodi conti-
nent. Necnon etiam, qui per affectionem patrum
quorumcunque prioratum, dignitatum, personatum,
officiorum, canonicatum & præbendarum euclie, &
beneficiorum aliorum per nos, vel eundem locis pre-
cessorem, seu auctoritate literarum noluntur, vel
ipsius Ioan. prædecessoris collatorum, & confessorum
in posterum, nunc vacantia, & in ante vacatu, aut
super præmissis omnibus & singulis cum similitudine
collatione præhabita, & matura deliberatione dona
rationis divinae clementia non universis ecclie
mini præsidere concederit, de ipsorum summa
auctoritate Apostolica reservamus decretares non
irritum & inane, si secus super præmissis, & quibuscunque
post quoquaque, quavis auctoritate vel
ignorante contingit attentari. Non ostendit ob-
fuscumque constitutionibus à prædecessoribus nostris
Rom. Pontif. editis, quatenus obliterari possit east
ratus articulus, vel alicui fui aliquatenus concordem. Noli
ergo omnino hominum licet hoc præsumere te-
seruationis & constitutionis infringe, vel ci non tem-
perio contraire. Si quis autem hoc auctoritate præmis-
serit, indignationem omnipotens Dei & beatum Pe-
tri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Da-
mum Avignon: Idus Ianuarii. Pontificis nostri. Anno I.
M. CCCXXXV.

CAP. XIV.

*Beneficii spaccum, fini dispositionis Apol. & cetera pro-
lem reservationem sunt affecta: ita quod scilicet cetera non
super alium à Romano Pontif. fuerit soluta.*

Paulus Venerus Papa II.

*A*d Romani Pontificis providentiam, & circumpe-
nit actionem provigan spaciæ dignoscitur, dubia se-
ris (ex quibus lites graves oriuntur inde) fini de-
crationis oraculo terminare, prout negotiorum qual-
itate, & temporum conditione inservit. Conspicere
Domino salubriter expedire. Cum itaque nonnulli Ro-
mani Pontifices, prædecessores nostri, per diversas con-
stitutiones, quas suo tempore duxerat dicitur

re voluerunt, quæcunq; beneficia ecclæsticæ, quæ sui, & sanctæ Romane Ecclæsæ viventum & tunc existentium cardinalium familiæ continuo conuersales obtinebant, & in posterum obtinenter, eorum familiaritate durante, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum cardinalium corundem vel alias recesserint; nec non illa, quæ etiam fructum & proventuum camere apostolice debitorum collectores, & qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exerceerent, uniti succellentes durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibuscunq; locis vacaverint, cum irritantis appositione decreti, & deinde prædecessoribus ipsis sublatiis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter utriusque iuris interpretates etiam officiales Romanæ curæ se penamero hastatum exierit, an beneficia hujusmodi, propter reservationem & decretum prædicti reservata vel affecta, remanerint: ita quod nullus præter Romanum Pontificem de illis disponere poterit, sive possit: reservatione & decreto obstantibus supradictis. Ac cum propter ambiguitatem hujusmodi, varia quoque jurispritorum opinione & discrepatione ipsas, adverteremus, plerumque pro reservatione & affectione præmissis, interdum vero econtra pronunciari & definitum fore. Nos qui vigilius more pastoris super his maturò providendum esse consilio non indignè censuimus: & propterea in singulis causis super quibusvis beneficiis Ecclesiasticæ eandem ambiguitatem quomodo libet concernentibus, usq; ad nostrum beneplacitum supercedere mandavimus cupientes quemadmodum nostro incumbit officio, dubius hujusmodi finem imponere, subditorum obviare dispendiis, & (nolite tantu[m] p[ro]movere immortales) de opportuno remedio præsidere: Felicis recordationis Vrbani V. Greg. IX. Bonifac. VIII. Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, qui ad submovendis altercationibus fomenta & ambiguitates hujusmodi lucidandas, declaraciones similes per suas literas ediderunt, vestigis inherendo, ac prævide considerantes, effectum per reservationem manu[m]que appositionem corundem prædecessorem in dictis beneficiis in esse productum, per obitum ipsorum nequaquam censerit debere revocatum.

Romani quoque Pontificis manus appositionem prædi-
cam tanta efficacia tantaque virtus existere, ut eti-
litera apostolica super provisionibus beneficiorum, aut
de providingo mandatis, in quibus decretum & refer-
ratio hujusmodi apponuntur, ex aliqua causa suum debitu non sortiantur effectum: facultatem tamen pro-
videndi de beneficio taliter servatis quibuscumque
alia fuiss[et] ademptam hujus perpetue & irrefragabilis
constitutionis editio de venerabilium fratum nostrorum
Iusti & Iusta Roma. Eccl. cardinalium consilio omnia
& singula beneficia Ecclesiastica, secularia, & cuiusvis
ordinis regularia, etiam praepositus, canonicatus,
propositura, & præbenda, dignitates personatus, ad-
ministrations, vel officia fuerint: etiam si illa con-
suerim, quillis præficiuntur per electionem assimi-
lata, cura minime animatum (ut primitur) reser-
vata, & per Romanos Pontifices successores nostros canonicæ intrantes in posterum reservanda, ac etiam quo-
vis modo vacantia & in ante vacatura: per hujusmo-
di reservationem & decretum remansisse & remanente
semper affecta: nullumque de illis (cum primum vacante contigerit) præter eundem Romanum Pontificem ea-
vice quovis modo disponere posse sive posse, harum
serie decernimus, & pariter declaramus. Quod tam
in pendebit etiam per appellationem, quam in futu-
rum super eisdem beneficiis (ut primitur) reservati
committendis causis, per dilectorum filios magistros
capellanos nostros, caularum palliati apostolici audi-
tores, atque alios quoscunque delegatos & judices ubi-
libet inviolabiliter observati, & secundum præmissa,

nec aliter sententiari & definiti volumus atque manda-
mus eis & eorum cuiilibet, quavis alia super præmissis in-
terpretandi facultate sublata: Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auto-
ritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulla
ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ con-
stitutionis, declarationis, voluntatis, mandati & decreti
infringere, vel ei a fu[m] temerario contrarie. Si quis au-
tem hoc attinet presumplerit, indignationem omnipotens Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum e-
jus le noverit incursum. Datum Rom. apud sanctum
Marcum, Anno incarnationis Dominice M. cccclxvii.
Cal. Septemb. Pontif. nost. Anno 3.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR.

TITVLVS III.

CAP. VNIC.

*Tapa volens providere divino cultui & ministeri ejusdem, & occurrere diffidens, que ipsis quotidie imminent propter occupa-
tiones vacantium ecclesiastarum primi anni, que competit ex di-
versis titulis aliquibus ecclesiæ seu personis: statutus quod quando tali
occupatio immobile in beneficio, qua confuerunt in decima solu-
tione taxari, collectores ipsorum annalium sint contenti ipsa summa,
pro qua confuerit dari decima, si ipsam eligendam duxerint,
totali residuo penes eum, cui collatum est beneficium, remanente
vel dimisso eidem summa prædicta, possum didicere residuum sibi
affirmare, dum tamen alterum intra X. dies dicitur collectores
alii post X. dies ipsorum optio in beneficium transfas ipsi jure.
In non taxatis autem fructus decimabiles illius anni dividantur
per medium, & utrig[em] eorum medietas tribuantur: ita quod si al-
ter dimidio noluerit contentari, ipsa in voluntatem transfas ipsi jure:
Est si quicquam aliquis contra dictam ordinatorem recuperato
panas hic contentus incurat.*

*Iohannes XXII. Episcopo servus servorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam.*

SVSEPTI regimini nos cura sollicitat, ut quæ
in ecclesiis non absque dispendio ministrorum &
cultus detrimento divini servari videamus: per
appositionem congrui moderamini in melius refor-
memus. Cum itaque in nonnullis ecclesiis observetur,
& a longis retroactis temporibus fuerit observatum
quod fructus a primi vel secundi, aut alterius ejus-
que sequentis anni beneficiorum vacantium in eisdem
defuncto vel fabricæ, aut ecclesiæ vel personis haben-
tibus ansa[li]a de confutidine, privilegio, vel statute
applicetur in totum: ita quod illi, qui hujusmodi be-
neficia canonice obtinent, & ad quos alias de jure fruc-
tus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt: unde
illius inconveniens sequitur, quod commode ne-
queunt ad impendendum servitum debitum residere
in ecclesiis, in quibus beneficiari existunt. Nos de illici
super his remedio providere volentes, per quod hi &
illi in fructum perceptione prædictorum participent
& ecclesiæ debitis servitis non fraudentur: præsentis
decreto statutus de fratum nostrorum consilio, quod illi,
qui fructus prædictos sibi hactenus integrè vendi-
cabunt ex privilegio, de confutidine vel statute, nihil
exinde ultra summam, pro qua unumquodque benefi-
ciorum ipsorum consuevit in decima solutione taxari,
prætextu cuiusvis privilegii, consuetudinis vel statuti
quovis modo percipiunt: sed ipsius summa perceptione
dunata sit omnino contenti, totali residuo prædicta.

*a. Vide extravagantem Ps VI. Pontificis maximi, in ap. Du-
cato nimis.*

obtinentibus beneficia remanuere: nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti fuerint, (ut prefetur) cum integritate percipere, pro se malling ipsum habere residuum, & obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoriam, quo casu percipiendi quod maluerint illis relinquisimus opinionem: si quod intra X. dies postquam se feruent beneficia ipsa vacare, ii, quibus annalia ipsa debentur ex privilegio, confutudine vel statuto, aut ipsorum annualium collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimam taxationem, vel illa dimissa refundum (nulla subhastatione praemissa) eligere tenentur. Quam electionem si intra dictos X. dies non fecerint, ut est dictum, extunc ad eum, cuius est beneficium hujusmodi, optio vel electio transeat ipso iure. Et hoc in ecclesiis & paribus illis, in quibus beneficia majora & alia quantum ad solutionem decimam sunt taxata, volumus observari. In illis vero paribus & ecclesiis, in quibus decimario taxatio non est facta, sequitur, quod fructus & obventiones beneficiorum tunc vacant, quod in decima solvere convevit, per medium dividantur: quorum medietatem habeat is, cui annualium per alterum de predictis modis perceptio est concessa: reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum pro substantiatione sua, & alii ecclesia oneribus supportandis. Quod si alter de predictis predicta medietate voluerit esse contentus, altero contentari nolete, pars volentis ipso iure transeat ad non contentem, & volens fructus & obventiones illius beneficiorum percipere universos, eidem beneficio congrue faciens defervit, ac ejus supportans onea confuta. Et si quicquam aliquis predictorum ultra praemissa perceperit, illudque his, ad quos pertineat, intra mensem non restituerit cum effectu, eo ipso si Episcopus vel superior praetextus fuerit, a pontificibus & ingressu ecclesie noverit se suspensus: Si autem capitulo, universitas vel collegium, ecclesiastico interdicto se noverit (donec predicta cum integritate restituerit) subiacere. Si vero aliqua singularis persona ecclesiastica vel mundana id fecerit, excommunicationis incurat sententiam ipso facto, a qua, nisi restituzione praemissa (praterquam in mortis articulo) minime abolatur: non obstantibus quibuscumque privilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus, contrariis statuis, juramento, confirmatione sedis Apostoliæ, aut alia qualunque firmitate vallatis. Quod omnia quoad hac auctoritate apostolica revocamus, cassamus, & irrimamus, & nullius deinceps esse voluntus firmitatis. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ constitutionis, reuocationis, cassationis, & voluntatis infringere, vel ei, &c. Si quis, &c. Datum, Avin. Caled. Novemb. Pontif. nostri Anno 2.

DE REBUS ECCLESIAE NON ALIE-

NANDIS.
TITULUS IV.
CAP. VNIC.

Bonorum ecclesiasticorum alienatio non tenet, & alienantes & recipientes sunt excommunicati, prælati, & diversi diversæ pena amponuntur.

Paulus Venetus Papa II.

AMBITIOSÆ a cupiditatib[us], illorum præcipue, qui divinis & humanis affectatib[us], damnatione postposita, immobilia & preciosa monilia Deo dicata, ex quibus ecclesia, monasteria & pia loca reguntur, illustranturque, & eorum ministri sibi alienjam vendicant, profani usibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultus detrimento exquisitis mediis usurpare presumunt, occurtere cupientes: Omnia rerum & bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium

a. Vide Conc. Trid. Sess. 25. de reform. 6. 11.

transfertur, concessionem, hypothecam, locanem & conductionem ultra triennium, neconcedat in ea vel contractam emphyteuticum, præterquam in causa à jure permisis, ac de rebus & bonis in emphyteum ab antiquo concedi solitus, & tunc ecclesiæ ercenti tilitate, ac de fructibus & bonis, quæ servando non possunt, pro instanti temporis exigencia, h[ab]eant prætu[m] sollicita constitutione presenti fieri probandum, decessorum nostrorum constitutionibus, probacionibus, & decretis aliis super hoc editis, quæ tenore prædicti innovamus, in fui nihilominus robora penitus. Si quis autem contra hujus nostra prædictionis seriem de bonis & rebus ejusdem quicquam alienatus sumperit, alienatio, hypotheca, conceccio, locatio, conductio & infundatio hujusmodi nullius omnia in robosis vel monenti. Et tam qui alienat, quam qui alienatas res & bona predicta receperit, lenitatem communicationis incurat. Alienatus vero bona eis sicut monasteriorum, locorumque pitorum quilibet in consulto Rom. Pont. aut curata præficiunt constitutionis tenorem, si pontificis vel abbatis prefici dignitate, ingressus ecclesie sit penitus interdictus. Et per sex menses immediate sequentes, sub interdicto iusmodi anirio (quod absit) perseveraverit, nullis mensibus cildem & regime & administratione in ecclesiæ vel monasterii, quipræsider infidelibus corporalibus, sit eo ipso suspenitus. In eis vero commendatarii, & aliarum ecclesiæ rectores, sub prioribus, præpositis, præposituris, officiis, canonizib[us] præbendis, aliisque ecclesiasticis cum cura & forentib[us] regularibus beneficiis, quorum in loca alienarunt duxatax, ipso facto privati existant, quæque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eis collatio pertinet, personis donis illis exceptis quæ p[ro]pterea privata fuerint, liberè de jure contenti, ad dispositionem Apost. sed. f[est]i specialiter sui generis conservata. Nihilominus alienatas res & bona huiusmodi ad ecclesiæ, monasteria & loca pia, ad quæ eis constitutionem hujusmodi pertinebant, liberè tenentur. Ne ergo omnino nominis licet hanc papam sibi prohibitionis & innovationis infringere, vel etiam remeratio contraire. Si quis hoc attinet, prædicta indignationem omnipotens Dei, & tenet & Pauli Apostolorum ejus se noverat. Dux Roma apud sanctum Marcum, anno Domini Mccc. lxviii. Cal. Mart. Pont. nost. Anno 4.

DE EMPTIONE ET VENDI-

TIONE.
TITULUS V.
CAP. I.

Contractus emptionis & venditionis acciungit cum predicta non revenditionis declaratur, sic non esse auctoratum. Eiusmodi datur, quod hujusmodi bullæ publicatur.

Martinus V. venerabilibus fratribus Tenuor. & Labeoem, ac Almucen. Epis.

REgimini a universalis ecclesiæ, quanquam immixti disponente Domino præsidente, t[em]p[or]is angustiæ assidua, ut iusta credit nobis, spenficationis officium, subditorum quorundam part quieti (quantum nobis ex alto conceditur) intendi.

a. De materia hujus extravaganzis vide glost. & dictio e. conquestus de ufer. & Burrius & Imacion in ea. ut nobis a emp. & vend. Anch. confid. accep. Dubitari solet. Tenuor in f[est]i cautio, de fide inst. & Sol. 1.6. de iust. & p[ro]p. q[ui]s. m[od]i.

mus. Et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, ne
litis anfractum, seu scandalorum parturiant fomentum,
nosco modera nino declarentur. Sane petitio dilec-
torum filiorum universorum cleri, nobilium, incola-
rum, & habitatorum civitatis & dioecesis. Vratislavien. no-
bis exhibita concinabat, quod à centum annis circa, & fu-
pra, & a tanto tempore, & per tantum tempus, cuius
contraria memoria hominum non existit: in eisdem ci-
vitate & dioec. ac partibus aliis vicinis, quadam confu-
tudo rationabilis observata, praescripta, ac moribus u-
tentium approbata, ad communem hominum utilita-
tem introducta fuisset. Pro quibus princeps, baro, mil-
les, civis, five oppidanum partium earundem, cum hoc
expedire videbatur, melius pro tunc non valentes sibi
confidere, personæ ecclesiasticae, aut seculari collegio,
aut universitatibus, oppido vel civitati, super bonis suis
domini, oppidis, terris, agris, prediis, dominibus, & ha-
reditatibus venderet confuevit, & vendidit annuos cen-
sus unius vel plurium marcarum, aut grossorum Pra-
genium nummi Polonxi, & pagamenti conueniit: ad
rationem, & pro libellet marca annui census X. XI.
XII. XIV. marche, aut plus vel minus, secundum tempo-
ris qualitatem, prout ipsi contrahentes tunc inter se con-
venierant, ipsi venditori tunc integraliter in pecunia
numerata solvi conuererant, bonis in ipso contractu
tunc expressis, pro ipsius census anni evolutione in
perpetuum obligatis. Et semper in ipsis contractibus
expressè ipsi vendoribus data fuit facultas atque gra-
tia, quod ipsum annuum censem in toto vel in parte
pro eadem summa denariorum, quam ab ipsis empori-
bus repererunt, quandocunque vellent, liberè absque
aliqua requisitione, contradictione, vel assensu pos-
sent extinguere & redimere, ac se ab ipsius censu so-
lutione extine penitus liberare. Sed ad hoc hujusmo-
di censu vendoribus inviti nequaquam per emptores
arbitrii vel adstringi valent: etiam ipsi possessoribus
& bonis obligatis penitus interempti seu destru-
tis. Fuitque, & est talis contractus emptionis & ven-
ditionis per Episcopos Vratislavien. pro tempore exi-
stentes, & eorum officiales, necnon per diversos domi-
nos temporales locorum & terrarum, in quibus census
hujusmodi constituti existunt, tanquam licitus & com-
muni utilitati defervens, sapientis confirmatus pariter
& approbatus. Quodque etiam super hujusmodi cen-
sus plurima beneficia ecclesiastica, collegia, canonici-
caus, & praebeza, dignitates, personatus & officia, vi-
varia, altaria numero plus quam duo millia, de expre-
so confessu & voluntate dominorum temporalium,
sub quorum territoriis dicta bona obligatae consistunt,
erecta, donata, & fundata, authenticis eorundem domi-
norum temporalium litteris sigillis & robora-
tis fore noscuntur. Quodque etiam vendoribus eorum
dem censum se nonnunquam ad ipsorum censum fo-
lutionem, ponis & censuris ecclesiasticis ordinariorum
locorum sponie & liberè submisserunt: sicut etiam al-
lii coram tractu temporis compulsi fuerunt, & com-
pelli conuererunt. Tamen nonnullis ex vendoribus
ipsi in arcum pravum converti, cupientes cum alte-
rius pecunia locupletari, hujusmodi censushucusque
per eos ante libere, & absque ulla contradictione folu-
tos eisdem emporibus, tam ecclesiasticis, quam secu-
laribus solvere contradicunt & recusant, contingentes
hujusmodi emptionis & venditionis contractus fore
& esse usuruarios & illatos: ipsos emptores ecclesiasti-
cos & seculares, necnon collegia, canoniciatus, & pre-
bendas, & dignitates personatus & officia, vicarias &
altaria, ac beneficia imponit modi ipsorum annuorum cen-
sum spoliante perceptione, & deficiunt spoliatos, in
animarum suarum periculum, eorumq; emporiorum pra-
judicium, dannum & gravamen. Et propterea, an con-
tractus emptionis & venditionis hujusmodi licet exi-

stant, à nonnullis habilitatur. Quare pro parte carun-
dem cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum civita-
tis & diece. Vratislavien. nobis suis humiliiter supplicatum,
ut an contractus hujusmodi licet vel illiciti conferi de-
beat declarare, & alias eis in præmissis opportune pro-
videre de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur
hujusmodi supplicationibus inclinati: Qui etiam ex
relatione dilecti filii nostri Guillielmi tituli sancti Marti
Presbyteri Cardinalis, cui negocium hujusmodi cum pe-
ritorum consilio commissimus examinandum: compiri-
mus contractus hujusmodi juridicos, & juxta determina-
tionem doctorum licitos fore. Ad hujusmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium in præmissis, prefatis con-
tractus, licitos, & iuri communis conformes, ac ipsorum
censum venditores, ad illorum solutiones (remoto
contradictionis obstatu) obligari, aucto. Apof. tenore
præsentum ex certa scientia declaramus: Non obstante
bus præmissis, caterisque contrariis quibuscunque. Nulli
ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ
declarationis infringere, vel ei auctu temerario contrarie-
re. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli A-
postolorum ejus se noverit incursum. Volentes
quod prædicta litera nostra debitum fortiant effec-
tum, fraternitati vestra per Apostolica scripta manda-
mus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos, vel
alium seu alios, prefatis emporiis in præmissis oppor-
tuni favori præsiduum efficaciter impendentes, dictas
que literas, ubi, quando & quoties expedire videritis, au-
thoritate nostra folenniter publicantes, facias eadem
auctoritate eisdem emporiis, vel ipsorum procurato-
ribus eorum nominibus, per venditores, seu debitores
censum hujusmodi de prefatis censibus juxta contra-
ctuum & conventionum inter ipsos habitatorum formam
& tenorem, plenam & debitam satisfactionem impen-
di. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appella-
tione postposito compescendo. Non obstante si aliqui
bus communiter vel divisiu à se. Ap. sit indulsum, quod
interdic, suspendi, vel excommunicari non possunt, per
literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac
de verbo ad verbum de induito hujusmodi mentionem.
Datum Rome, apud sanctos Apof. & Nonas Jul. Pontificis
nostri. Anno s.

CAP. II.

Contractum quendam emptionis & venditionis præcedens firm-
tem declarat esse puri consumum, & ab usu alienum. Et tandem
jubet præsentem bullam cunctis manefestari.

Calixtus III. Episo. Magdeburg. Nurem-
bergen. & Halberstadt. ecclesiasticorum
Decani.

Regimini a universalis ecclesiæ quanquam imme-
riti disponente Domino presidentes, curis angimur
afsidius, ut iuxta nobis crediti dispensationem officii
subditorum quorumlibet paci & quieti (quantum nobis
ex alto conceditur) intendamus. Et dubia, quæ inter
eos oriuntur pro tempore (ne liuum anfractus exinde
seu scandala proveniant) debito (prout iustitia persuade-
rit) declarationis nostra ministerio sopiantr. Sane pro
parte venerabilis fratris nostri Ioannis Episcopi Mers-
burgen. & dilectorum filiorum universi cleri civita-
tis & dioecesis Mersburgen. nobis super exhibita petatio
continebat. Quod licet à tanto tempore, cuius contra-
rii memoria non existit, in diversis Alimanæ partibus,
pro communi hominum utilitate, inter habitatores &
incolas partium earundem talis inoleverit, hactenus
que observata fuerit legitime praescripta, ac moribus
utentium & ordinacionum permissione, & plerisque
expressa ratificatione approbata conseruado: Quod
ipsi habitatores & incolæ, five illi ex eis, quibus id pro

a. Vide Dedi in proxima præcedenti extravaganti citato.

oooo

suis statu & indemnitatibus expedire visum fuerit, super eorum bonis, dominibus, agris, pradiis, possessionibus, & hereditatibus annuos marcaturum flore, seu grossorum moneta in partibus illis currentis, redditus seu census vendentes pro singulis ex marciis florensis sive grossis hujusmodi ab eis, qui illas, vel illos, five redditus five census ipsos emerint, certum competens precium, in numerata pecunia secundum temporis qualitatem, prout ipsi videntes & ementes in contractibus super his inter se firmaverunt, & recipere soliti fuere, illa ex dominibus, terris, agris, pradiis, possessionibus, & hereditatibus praedictis, quin in hujusmodi contractibus expressi fuerunt, praedictorum solutione redditum & censuum efficaciter obligentes, in illorum vendentium favorem. Hoc adjecto, quod ipsi pro rata, qua hujusmodi per eos receperant dictis ementibus restituenter in toto vel in parte pecuniam, a solutione redditum seu censuum hujusmodi restitutam pecuniam contingentium liberi forent penitus & immunes. Sed iudei ementes, etiam si bona, domus, terra, agri, possessiones, & hereditates hujusmodi processu temporis ad omnimodo destrutionis sive desolationis reducentur opprobrium, pecuniam ipsam etiam agendo reperire non valerent. Apud aliquos tamen hesitationis vestigatus scrupulus, an hujusmodi contractus licet sint enclendi. Vnde nonnulli illos usurarios fore praetendentes, occasionem querunt redditus & census hujusmodi ab eis debitos non solvendii. Quare pro parte Episcopi & cleri praedictorum, assertum, quod in talibus hic emptis censibus & redditibus, fructus, redditus & proventus plurimum ecclesiariis, monasteriorum, hospitalium, & ecclesiasticorum beneficiorum civitatis & dioecesis, ac parium praedictarum, necon ferè omnes quotidiane distributiones, que in plerisque ex ecclesiis ipsis divinis intercessentibus ministri solent, consistere noscuntur: nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his Apostolica sedis declaratio- nis oraculum impetrari & adjictere paterna dilectione curaremus. Nos igitur hujusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, & factis ex commissione felicis recordationis Martini Papae quinti praedecessoris nostri defuse examinationem, & ejusdem praedecessoris nostri declarationem attenius persingentes, suisque vestigiis invenientes, ad omne super his ambiguitatibus tollendum dubium praefatos contractus licitos, iurique conformes, & vendentes eosdem ad ipsorum solutionem censum & redditum, juxta dictorum contractuum re- nores (remoto contradicitione obstatu) efficaciter teneri auctoritate Apostolica praesentium serie decla- ramus. Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostra declarationis infringere, vel ei aule temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare praesumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Roma apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Domini- nicae, m. xxxv. p. v. id est Nonas Maii, pontificatus nostri Anno primo. Volentes itaque, quod praedicta litera debitum fortinatur effectum, fraternali vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium, seu alios, dictis praepro- posito, decano, capitulo, ac aliis beneficiariis, opportuna defensionis praefatio assistentes, dictasque literas (ubi & quando, ac quoties expedire videritis) auctoritate nostra solemniter publicantes faciat, & eadem auctoritate per venditores seu debitores redditum & cen- sum hujusmodi dictis emptoribus, seu illis, quibus ipsorum redditum & censum soluto praestanda fuerit, de eisdem censibus & redditibus juxta contractuum & conventionum super his habitorum formam & tenorem, plenam & debitam satisfactionem impendi, contradicentes vero per censuram ecclesiasticam appella- tionem postposita compescendo: non obstante si aliqui-

bus communiter vel divisim à se. Apo. indultum est, quod interdicti, suspensi, vel excommunicati non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expi- tam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi testationem. Datum ut supra.

DE SEPVLTVRIS.
TITVLVS VI.
CAP. I.

Corpora defunctorum exenterantes, & ea immante depon- ut offa a carnis separata ferant sepelienda in terra san- gue fuisse excommunicati.

Bonifacius VIII.

Dicitur etenim feritatis abusum, quem ex quatuor studiis virtutis intendentes, si quicquam ex eis esse nobilis, vel dignitatis titulo iniquius, praeterea ex partium partium limites debitum a natura possit, & suis vel alienis remotis partibus sepulture electi, atque corpus ex quadam impio pietatis affectu invaserant, ac illud membratum, vel in frusta amittere concidentes, ea subsequenter aquis immixtis nigris decoquenda. Et tandem (ab officio monumenti carnis excusso) eadem ad partes praetextum suum se deferunt tumulanda. Quod non solum in maiestate confestui abominabile plurimum vellet, sed etiam humana considerationis obumbris occidit vehementem abhorrendum. Volentes igitur (profecti nostri debito exigit) illud in hac parte tendunt adhibere, per quod tantæ abominationis, mortales manitatis & impieis suis abusus penitus detulerint, ac tendunt ad alios: Apostoli auctoritate statuimus ut eum namus, ut cum quis cuiuscunque status aut genere dignitatis exuterit, in civitatibus, terris, vel locis suis catholicae fidei cultus viget, diem de eorum extremum, circa corpora defunctorum hincmodi dis- sus vel similis nullatenus observetur, nec ab aliis corpora sic impie ac crudeliter non trahant, adser- tur ad loca, in quibus viventes elegere possint ut in civitate, castris, vel loco, ubi deceplere vel non, ecclesiastice sepulture tradantur admodum nequid de- num incineratis corporibus, aut animalibus, obs- turantur elegerint, deportentur & expellant in eis. Non enim si praedicti defuncti executo vel exercitare, aut familiæ ejus, seu quivis alii cuiuscunque ordinis, auctorita- tionis, status, aut gradus fuerint, etiam possint ob- ginitate prafulgeant, aliquid contra hujusmodi usum habent, corpora si inhumant, & sepulchris attinet, defunctorum corpora si inhumant, & sepulchris attinet, faciendo, vel faciendo petrastari, excommunicantur, testam (quam exinde in ipsos profectum) ipsi factio & noverint incursum: a qua non nisi per Apostolicam fidem (praterquam in mortis articulo) & pollo ob- litionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille, con- corpus sic inhumane tractatum fuerit, ecclesiastica u- reat sepultra. Nulli ergo, &c. Datum Lætare, III. Cal. Martii, Pont. nost. Anno 6.

CAP. II.

Super prædicationibus, confessiōnibus & sepulcris, præ- hō cap. ut tollat contentionē, qua diuin erant inter cūstos ex ea de Cenc. Trid. Sess. 4. c. 7. de casu non referat.

a Almodo. b Mori, est natura debitum sicutur, c. 30

parte, & Iacobitas, & Chodzegros ex altera. Hoc cap. licet sive
sit sublatum per extravagantem. Inter cunctas. qua est infra de
privat. est tamen hodie innovatum per Clem. Dudum. De sepult.

Bonifacius VIII.

Super cathedram praeminentia pastoralis divina di-
spONENTE elementia constituti, eti multius & arduis,
qua in amplum Romanæ curia alveum undique conflu-
unt quasi torrens, pragmavem negotii, curis excitemur
innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur: circa id
tamen ferventibus votis intendimus, vacamus instan-
tius, ac opero studio sollicitudinis impartimur, ut ad
divini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, &
profectum fidelium animarum (præcilius radicibus diffi-
cilius veribus, & litigiorum anfractibus omnino sub-
ductis) inter eccliarum antistites, ad curiam & reges
gregis dominici deputatos, ceteraque personas, quas
ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, servos
charitatis exsuerit, invalescat concordia unitas, animo-
rum identitas perseveret. Scimus enim & ex evidenti-
tacili colligimus, quod non nisi in pacis tempore bene-
colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod dissensiones
& scandala pravæ actibus aditum preparant, rancores &
odii suscitant, & illicitis moribus autum praebent. Ab
oliti siquidem inter pralatos & rectores, seu sacerdo-
tes, ac clericos parochialium eccliarum per diversas
mundi provincias constitutos ex una parte, & prædicatorum
& minorum ordinum fratres ex altera (pacis a-
mulo satore zizania procurante) gravis & periculosa
discordia extitit suscitata, super predicationibus fidelium
populis faciendis, eorum confessionibus audiendis, pre-
sentientis injungendis eidem, & tumulandis defunctorum
corporibus, qui apud fratum ipsorum ecclias live
loca nofuntur eligere sepulturam. Nos autem (piis pat-
ris more laudabilis) moleste ferentes incommoda filiorum,
reducentes ad exactæ considerationis examen, ac in-
tra pectora clausa sollicitè revolventes, quam sit plena
periculis, quam onus dispensis, quamque in divina
majestatis conpectu reædax ex corde supradicta.
Et propterea intendentis paternæ sollicitudinis stu-
dio illam prorsus evellere, ac omnimode submovere,
nullis unquam futuris temporibus favente Domino su-
citandam: grandi quoque desiderio cupientes, ut hu-
jusmodi negotium, quod potissimum infideli cordi nostro,
suum salubrem & celerem per Apostolicæ solerter stu-
dium consequatur: diligenter cum fratribus nostris de-
liberatione præhabita super eo, ad honorem Dei, & ex-
altationem catholicæ fidei, quietum statum partium
prædictarum, ac salutis animarum fidelium incremen-
tum, de ipsorum fratum consilio, auctoritate Apostoli-
ca statuimus & ordinamus, ut dictorum ordinum fra-
tres in ecclias & locis eorum, ac in plateis communibus
liberè valeant clero & populo prædicare ac proponere
verbum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua locorum
pralati prædicare voluerint, vel eoram si facere solen-
niter prædicari, in qua prædicare cessabunt, præterquam
si aliud de pralitorum ipsorum voluntate processerit,
ac licentia speciali. In studiis autem generalibus, ubi
sermones ad eorum ex more fieri solet, diebus illis,
quibus prædicari solemnitatem confuevit, ad funera etiam
mortuorum, & in festis specialibus sive peculiaribus
eundem fratum, possint idem fratres & licet eis
libere prædicare: nisi forte illa hora, qua solet ad eorum
in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus vel
pralatus superior clerum ad generaliter convocaret,
aut ex aliqua ratione vel causa urgente eorum ipsum
duceret congregandum. In ecclias autem parochiali-
bus fratres illi nullatenus audeant vel debent prædi-
care, vel proponere verbum Dei, nisi fratres prædicti a
parochialibus sacerdotibus invitati fuerint vel vocati:

oooo 2

pro expressis ab ecclesiis & ecclesiastico personis regis laicis,
multa dubia circa illam subiecta sunt, quae hic clari & prout
infestantur, vide texum cum gl. in Clem. 2. editio nostra
vaganis in multis declaratur.

Bonifacius VIII. collectori decima.

D Eclarationes, quas in negotio decime per unum imposita pro prosecutione guerrae regni Siciliae contra hostes, de ecclesiis & personis ecclesiasticis per totam Italianam & caeteris constitutis, volumus observarii (cujus quidem decima illis partibus superintendente seu collectore debitis deputandum) tales sunt: De redditibus & preventis leprosarium, domorum Dei, & hospitalium perpetuum, qui in usus leprosorum, infirmorum, & mororum convertuntur, decima non solvetur. Municiam aliaque regulares persona, quatum redditus & preventus ecclesiastici adeo sunt tenuis & exiles, quod illis sustentari non possunt, sed pro habendo vitiis sustentationem necesse habent publice mendicari, & elemosynas publice petere, dictam decimam non solvent. Seculares quoque clerici, quorum ecclesiastici redditus, & preventus annui summam leptonem florinum auri non excedunt, eandem decimam non premitur. Si vero una persona plura habeat beneficia, quoniam per se acceptum dictam summam leptonem florinum auri annuatim attingat, simul tamen collectio minis preventibus summan memoriam evitatur, quotquot, vel quantumcumque modica fuerit, de omnibus & singulis decimis persolveretur, sed non solum de pietatis monachorum. Similiter de iis, qui a Christi fidibus relinquentur eccliesi, ut ex eis perpetuatur redditus. Item de xenis praetatis & aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis, decima non solvetur. Solventium decimam electione seu arbitrio communem, utrum ipsam velint forovere per totum tempus, quod datur decima, pro rata preventum, quos singula annis dicti temporis ipsos percipiant, an per plenum tempus pro rata communis affirmatione preventum. Sed una via electi non libeatur vel ad aliam reverendo. Et siat & redigatur per electores in scriptis electione hujusmodi exercitis in prima solutione decima supradicta: alioquin, nam communem per totum tempus solvit necessitatem. Declaramus autem, quod in, qui regimur, decimam pro rata eorum, quae percepimus, vendant preventum proventum beneficiorum suorum, per permanentem residentiam non requirunt, si tamen decimam pro solo pretio, quod receperint de eis, sum videntem contra hoc in fraudem decimam vel omnino agatur. Sed ecclesiastica persona, quae in ecclesia haec vel beneficio (quod residentiam personalem regit) non residet, sed facit in eodem per firmatum vel locum defervit, degutando ipsi vicaria vel simili ceterum preventum portionem: non derivatur, sed maritum portione, fed de universis ipsius ecclie vel beneficiis preventibus decimam exhibebit. Declaramus etiam, quod de ilyris seu nemoribus, quae non confluunt vendi, nisi solvetur, nisi forte aliquid de illis venditum fuerit durante decima: & runc ultimum quantum valere debent annui redditus partis vendit, secundum assiduum, quae confluens fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus situatum fuerit, & de sola confirmatione decima persolveretur, & non de eo quod recipieretur de dictis ilyris seu nemoribus, quae vendi non confluverunt, nisi forte vendantur durante decima: qui tunc solvetur ex venditione pacemque herbagiis, aut alterius consimilis preventus eadem nemorum & ilyvarum. Et si non vendantur inde jussimodis pacemque & similia, non solvetur decima.

DE DECIMIS.

TITVLVS VIII.

CAP. VNIC.

Cum Bonifacius decimam certis ex causa hic in princ-

de his: ita tamen, quod in fraudem decima nihil contra hoc attentetur. Idemque de pastuis, herbagii, & similibus obventionibus sylvarum volumus observari. De flagnis & piscariis decima sic solvetur, videlicet quod fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt, ad quantitatem precii ex ipsa venditione ultima recepti: ut precio diviso in partes secundum annorum terminum, durante decima, solvetur decima ipsa de tot partibus precii ex ipsa venditione recepti, quot fuerunt anni praediti: ut si forte sunt quinque anni elapsi, ex quo fuerat flagnum venditum, & tunc vendatur pro centum florenis, sicut de precio quinque partes, & pro tribus annis, quibus dabit decima, solvetur ipsa decima de tribus partibus precii tantum, videlicet LX. florenorum, & multiplicabuntur, & minuentes partes precii prout plures & pauciores fuerint dicti anni. De piscariis autem flumen & lacuum, & venationibus si vendantur, & sylvis ceduis, idem quod de flagnis fiet. De piscibus stagnorum, vel beluis garenarum, quos pro usu vel ea suo consumi, vel sine fraude donati contigerit, decima non solvetur. Et quia nonnulli obtinent a monasteriis & ecclesiis, prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones & census, in solvenda de his decima credimus distinguendum: videlicet, an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an exmerita gratia. Si talia in beneficium habentur, five hoc sit concession per sedem Apostolicam, sive per ipsorum monasteriorum vel ecclesiarum personas, de ilorum proventibus solvetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem, vel firmam annum, in quam non est facta gratia obtineti, sed in hoc uterque contrahentium studit conditio nra suam facere meliorem: perceptores pensionis vel firmae de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel post concessionem hujus decima ad vitam propria emit proventus prioratum, vel aliorum predicatorum pro aliqua pecunia, ita quod in hoc ei scienter grata non est facta, considerabitur quantum estimatione communis valent annui proventus, prioratus, grangia, domus terrarum seu redditum hujusmodi: & secundum hoc ab illis, quorum est horum proprietatis, quem inde precium pro futuro tempore recepimus per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia sit obtinendum, quia scienter pro minori pre cio, quam valent, sunt talia vendita, vel locata, ipsi obtinentes, & non monasterium vel ecclesie de illo, in quo gratia facta est ipsi, & de reliquo, illi, quorum est proprietatis, deciman exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro justa mercede seu remuneracione laboris vel oblegii practici vel praestandi talia sunt concessa, ii, quorum est illorum proprietatis in decimatione proventuum suorum, etiam horum proventus merito numerabunt, & de illis (sicut de aliis, quos pro certis suis utilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quod si hac per illos, qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res translati cum onere suo) etiam circa illos, quae prædictum servabuntur. Nec deducentur expensæ, quae pro monachis (qui in talibus prioratibus, grangia, seu domibus, in beneficium seu exmerita gratia concessis, ex pacto teneri debent) fieri dignoscuntur. Expendit autem illorum monachorum vel personarum, qui teneri debent ex pacto in prioratibus, grangia, seu dominibus ad justam firmam seu pensionem concessis, five determinate, five non, estimabuntur estimatione communis, & talem estimationem monasterium vel ecclesia, cuius illorum est proprietatis, cum suis proventibus decimabit. Pralati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, deciman non solventur: sed qui eis præstant hujusmodi victualia, in decimatione suorum proventuum & reddituum numerabunt, & solvent decimam de eisdem. De illis autem procuratiōibus, quas

praleti in pecunia numerata ritè percipiunt ab antiquo, & quas perciperent, etiam non visitarent, decimam præstatæ tenentur. Pralaus autem, qui procurationem (quam sine visitatione potuit de jure percipere in pecunia numerata) remittit, quia remittit quod sibi debetur, & de quo solvetur decimam, si recipiſſet illum, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem, quam tantum in victualibus, sicut percipi, fortasse remittit, persona ecclesiastica, qui remissis facta est, hujusmodi victualia cum aliis victubus suis, cum solvet decimam, estimabit: cum etiam si non esset remissa, hoc facere teneretur. In solvendo decimam supradictam solæ expensæ necessaria, quae sunt in re, ex qua fructus percipiuntur arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, deducuntur. Expensæ autem, quae sunt in castrorum custodibus, cum sunt extra rem, vel etiam in aedificiis confratribus vel conservandis nullatenus deducuntur: sicut nec illa, quae in villis tuendis fierent in guerris seu etiam cavalcati. De iis quoque, quae constunt in jurisdictione, mero imperio, regalibus, atque similibus, solvetur decima deductis salaris moderatis, que ante concessionem decimæ confuerunt solvi iudicibus & officiis, similibusque personis, sine quibus jurisdictione, & cetera similia nequeunt expediti: ita tam, quod in fraudem decimæ nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expensæ officialium, iudiciorum & consimilium personarum factæ in vestibus sive victualibus minime deducuntur, sicut nec alia expensæ similes factæ circa familiam prælatorum. Ratione autem ari alieni, quo persona solvens decimam obligata conficit, nihil de decima minuetur, etiamque certa res ecclesiastica proper hoc a quoquā fuerint obligata. Item de furnis, & de molendinis decima præstatibz. Solvetur autem de oblationibus, five sicut pro benedictione nubentium, five pro exequis mortuorum, necnon de proventibus singulorum prælatorum, & de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque sibi & aliis personis ecclesiasticis non personarum, sed ecclesiarum, vel officiorum ratione relictis, decima persolvetur. Pro decima supradicta non exhibetur pecunia, nisi illa communiter eureret de mandato domini terræ, & quæ est moneta in locis, in quibus consistunt fructus & redditus unde decima persolvetur, nec aliqui pecuniam cambiare cogentur eandem. Sed si ex probabilitus seu verisimilibus praefunctionibus apparuerit, quisquam pensatis ejus proventibus minus debito norabilitate de decima persolvisse, ita quod super hoc merito suspensus debeat reputari: ex officio nostro per viros idoneos deputatos à nobis faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valent veritatem, videlicet de consilio diocesani Episcopi, vel aliquius deputandi ab ipso, si sit eius subditus, & non alter, si Episcopus ipse vel deputatus ab eo commode possit haberi: & tunc deum, & non prius ille, cuius proventus fuerint taliter estimati, pro eo quod minus solverit, etiam nominatum excommunicabitur: si ejus contumacia exegerit, & vim fuerit expedire. Episcopi aurem & Abbates ceteraque personæ ecclesiastice, honorabiles non suspetat, propriæ conscientie relinquuntur: ita, quod sufficiat quoad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo modo solventur, vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius solutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet compulso per censuram ecclesiasticam, prout nobis & illi cui hoc committendum duxerimus, vim fuerit expedire. Proferatur autem (si expediens vim fuerit) excommunicatio generaliter vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimæ, vel suorum estimationem proventuum, cum fuerit facienda, fraudem vel malitiam fecerint duxerint adhibendam.

0000 3

Fiat autem solutio decima non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de preventibus, sed in pecunia numerata.

Solvetur autem decima illis quos ad hanc contingit deputari.

Rector paroecialis, qui urgente necessitate ecclesia, puta quia ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficeret ipsi curae, propter multitudinem paroecianorum vel divisionem paroecie sua, sed necesse habet unum vel duos vel plures Capellanos conducere, & eis propter vicuum falarium constitutere, falarium hujusmodi poterit in decima solutione deducere: sed ratione virtus Capellanorum ipsorum aliquid non datur.

Quod si in diversis civitatibus & dioecesib. diversa beneficia obtineantur, de unoquoque beneficio in civitate vel dioecesi, in qua illud fuerit, decima persolvetur.

